

Aliud esse sacramentum baptismi.
 Aliud conuersionem cordis. sed
 salutem hominis ex utroque compleri;
 nec si unum horum defuerit. Ideo
 putare debemus consequens esse.
 ut alterum desit. quia & illud
 sine isto potest esse in infante. &
 hoc sine illo potuit esse in latrone.
 Complectedo. siue in illo. siue in isto.
 quod non ex uoluntate defuisset;
 Cum uero ex uoluntate alterum ho-
 rum defuerit. reatu hominem in-
 uolui. & baptismus quidem potest
 inesse. ubi conuersio cordis defuerit.
 Conuersio autem cordis potest qui-
 dem inesse. non percepto baptismo.
 sed contempto baptismo non potest.
 nec enim ullomodo dicenda est con-
 uersio cordis ad dm. ^{cu} & sacramen-
 tum contempnitur. Iuste igitur
 reprehendimus. Anathematizamus.
 detestamur. abominamur peruer-
 sitatem cordis hereticorum. sacra-
 mentum. In uenue angelicum
 non ideo non habent. quia per quod
 utile est non habent; Quapropter

cum ad fidem & ueritatem ueniunt.
 & gentes spontanea ueritate libi
 peccata deposcunt. Non eos decipimus.
 nec fallimus. cum correctos a nobis
 reformatos. In eo quod deprauata
 atque peruersi sunt ad regnum celorum.
 Sic disciplinis celestibus erudimus.
 ut quod in eis integrum est. nullomodo
 uiolentur. nec propter hominum
 uitium. si quid in homine dicitur. uel
 nullum uel uitiosum esse dicamus.
 Iam pauca restant ex epistola ad Lubu-
 num. Sed quia in eis & de preterita
 ecclesie consuetudine dicitur. & de
 baptismo Iohannis. quod solet non
 pariam mouere quaestiones. ho-
 minibus. rem manifestam parum
 adtenderibus. quia iussus sunt ab
 apostolo in xp̄o baptizari. qui bap-
 tismum Iohannis acceperant. non negle-
 genter tractandi sunt. & in uolumen
 aliud differenda. si huiusmodi
 immoderatus sit. **EXPLICIT LIBRVS IIIII**

**INCEPI LIBER
 QUINTVS**